



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

36. An exempti possint judicialiter intervenire pro suis hominibus seu
subditis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

etiam idem Anania disputat de Archiepiscopo Exempto, qui falsum deponit coram aliquo Ecclesiastico iudice, an ab eo punietur non obstante exemptione. *Fel. d. c. vocatum n. 5. vers. contra Clericum, facit text. l. i. ff. si quis in ius vocatus. Stephan. Anstret. repetit. Clem. 1. quest. 4. n. 9. de offic. ord. Jo. Francisci de Ripa cap. decernimus quest. 17. de iudic.*

Confirmatur primo, quia Forensis puniri potest a iudice non suo, si coram eo falsum deposuerit. *Theaur. Ped. dec. 266. nu. 3. 9. Et seqq. Spec. de teste §. 12. nu. 45. Covarr. pract. quest. cap. 18. nu. 8.* Ergo ab Analogia idem in exemptis supra lib. 1. quest. 45. n. 5. Confirmatur secundo, quia deponendo falsum inferitur injuria iudici, potest autem iudex injuriam sibi judicialiter illatam vindicare, quemadmodum post ceteros compendiosè & doctè cum quadam distinctione tradidit Gallius lib. 1. obs. 39. per tot. latè & distinctione Marfilii l. 1. §. præterea n. 34. Et seq. ff. ad l. Corneliam de sicar. Quæ tamen conclusio ex tenore privilegiorum restringenda est. Quemadmodum ex notatis infra colligitur eod. lib. quest. 45. num. 117. Ubi liquet exemptos Diocesis Leodiensis coram Officiali delinquentes, etiamsi id contingat in exercitio officii, ab eo puniri non posse, non poterit tamen delegatus, aut confirmator, qui de crimine per exemptum commissio cognoscit, ordinario cognoscenti inter exemptos casu permisso de causa civili inhibere, velut apud Hypolit. de Marfilii sing. 490. post. numerum 2. Archid. cap. persona 11. quest. 1. notatum est.

Illud hic incidenter quæri potest, an Exempto coram ordinario suo incompetente litiganti iuramentum liti decisivum deferri possit. Paucis respondendum est, non posse. *Carocius tract. de iuramento liti decisivo quest. 25. princip. nu. 2. Et 9. 32. vers. quartus casus. R. tio est, quia exempto competit declinatoria fori ordinarii, qui proinde coram eo jurare non tenetur. Jason. l. tutor. §. fin. per illum textum notab. ult. ff. de iur. iur. Unde inquit Carocius d. quest. 32. Clerici coram iudice sæculari jurare non coguntur, nec milites S. Stephan. nec similes exempti, nisi coram iudicibus specialiter deputatis.*

QUESTIO XXXVI.

An Exempti possint judicialiter intervenire pro suis hominibus seu subditis.

SUMMARIUM.

- 1. De interventionis ethymo & elegancia.
- 2. Si Exemptorum principaliter non inter-
sit, non poterunt intervenire.
- 3. Aliena liti nemo intervenit.
- 4. Secus si principaliter interesset.
- 5. Dominis competunt interdella & actio-
nes pro turbationibus & injuriis subditis
illatis.
- 6. Idem

B b 3

6. Idem nomine civis, Clerici, Monachi, Va- 8. Abbare appellati alterius permi-
salli. sicut.
3. Interventio admittitur in causa appella- 9. De interventione qua fit animo no-
tionis. vandi.

Pramittendum, interventiois ethymon esse quasi venire, dum aliquid fit, & qua apud jureconsultos orta interveniendi locutio, dum suscitata seu pendente causa alius ad defensionem sese parti vel causae adjungit. *Marcellus in l. sepe vers. nam §. si liberius meus me interveniente ubi glo. ff. de re judic. Quod Budæus latinis asserit, alia verborum circumvolutione dicit vindicem se causae offerre, eventumque judicii præstiturum, penitus in causam descendere, vel sese submittere liti, ut sua se opponere, agnoscere litem ut suam, Litem suam facere, ejusque eventum recipere ac præstare. Budæus in *Forensibus*. Itaque quaestioni huic respondendum est cum distinctione.*

2. Aut Exempti agunt, defendunt, seu interveniunt pro subditis, præcipue & principaliter ad utilitatem & commodum subditorum, ita ut jus ex actione seu interventioe instituta quaeratur tantummodo subditis, & tunc non possunt, *rex. auctoritate §. in hibemus ubi glo. Franc. Anchar. & D.D. de privil. in 6. Abb. c. licet causam n. 13. & Fel. n. 12. de probat. pulchre Innoc. c. dilectis filiis n. 2. de appellat. ubi Franc. q. Rota, decis. 13. de judic. in novis Bald. c. 1. §. in injuria nu. 5. de pace Juram. Firm.*

3. Ratio est, quia ejusmodi lis non concernit Dominos sed tantum subditos, nemo autem alienæ litis idoneus defensor est sine mandato seu satisfactione. *rex. §. si verò inst. de satisdat. l. qui proprio §. qui alium ff. de procurat. l. in eo quod plus §. 1. ff. de Rog. juris.* Exemplum, si fuerit sit factum subditis, aut injuria in contumeliam tantum subditorum, imputent enim sibi subditi, quod res negligenter custodierint, aut injuriam juridicè non vindicaverint. *glo. d. §. in hibemus.*

4. Aut exempti intervenire volunt pro subditis, eò quod ipsorum intersit, etsi non principaliter, tamen in consequentiam, & aliquo modo sicut status & conservatio Ecclesiarum tangit Episcopum, aut si contra subditos de Exemptione seu subjectione disceptetur, aut collecta eis indicatur, cultura agrorum turbetur, aut in contumeliam Dominorum injuria inferatur, tunc rectè pro subditis agunt & in judicio intervenite possunt. *Doct. Eaber. l. cum aliquid c. ubi causæ fiscales.* Ratio est, quia factum subditorum quando tangit Dominum, ipse Dominus turbati, injuria affici & spoliari videtur, *rex. l. vim facit ff. de vi & vi arm.* Et idè ei competit actio de dolo vel utile interdictum, uti possidetis vel recuperandæ. *glo. d. §. in hibemus. Innocent. d. cap. dilectis ubi Abb. n. 6. Anchar. Clem. v. m. 3. 6. & 11. de rescri. Aut etiam actio injuriarum §. servis autem inst. de injuriis, litem apud §. pen. & fin. ff. eod. Bart. l. 1. §. item ait, n. 1. eod.*

6. Quod ipsum receptum est in Clerico, Monacho, Cive, Vasallo, quorum nomine Episcopus, Abbas, Civitas, Dominus injuriam experiri possunt. *Apost. ad d. §. item ait*

nis, Franc. d. cap. dilectis num. 5. ubi Innoc. n. 2. Bald. d. §. iniuria n. 3. Quae distinctio non
 modo locum sibi vendicat in prima instantia, verum etiam in causis appellationum,
 quilibet enim pro suo interesse appellare potest. *tex. ca. cum super de re iudic. §. l. sepe*
ff. eod. Gaill. lib. 1. obs. 122. ac appellationi per alium interpositae adherere, d. cap. dilectis
ubi Innocent. num. 2. Franc. num. 5. Spec. de appellat. §. 1. num. 15. DD. d. l. sepe §. d. cap.
cum super Guid. g. 464. Gaill. lib. 1. obs. 125. §. obser. 70. num. 1. §. 4.
 Postremo de interventione, quae fit animo novandi seu mutandi iudicium, videat-
 ur doctè Castrensis id doctè examinans, in l. solutionem nu. 2. §. 3. ff. de solui. §. ego in-
 fra qu. seq. num. 12. §. seqq.

Q U A E S T I O XXXVII.

Intervenies, an causam ad suum forum trahere possit.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Intervenire oportet coram iudice praev-
 ento.</p> <p>2. 6. Clericus defendens, an trahit causam
 ad suum forum.</p> <p>3. Intervenies non potest declinare iudi-
 cem ex sua persona, secus ex persona
 conveni.</p> <p>4. Fiscus interveniens, trahit causam ad
 suum forum.</p> <p>5. Argumentatio valet ab habentibus spe-
 ciales iudices, ad exemptos.</p> <p>7. Procurator in rem suam utitur propriis
 exceptionibus.</p> <p>8. Intervenies recusat iudicem.</p> <p>9. Censuales exemptorum non sunt ex-
 empti.</p> <p>10. Quid de famulis, Mercenariis, Colonis.</p> <p>11. Interventio duplex.</p> <p>12. Altera per quam adssit ut tantum liti,</p> | <p>altera vero qua litigans à iudicio libera-
 tur. Et in intervenientem transfunditur.</p> <p>15. Priori sententia ferenda est in partem ori-
 ginalem principalem limita ut n. 23.</p> <p>16. Posteriori sententia ferenda est in ipsum
 intervenientem.</p> <p>17-18. Per interventionem prioris speciei, cau-
 non retrahitur ad forum intervenientis,
 secus per secundam.</p> <p>19. Cautela ut fidejussor exempti exemptione
 gaudeat.</p> <p>20. Posteriori interventione quis sit Dominus
 liti.</p> <p>21. Cautela est ut protestatio omittatur non
 admittenda interventionis. (tenda.</p> <p>14. 22. Interventio necessario ne sit admit-
 23. Curialis habens interesse ad causam, ap-
 pellans à sententia in partibus, causam
 ad curiam trahere potest.</p> |
|---|---|

IN hoc articulo videntur pugnantes sententiae, & quidem pro negativa expressi
 textus, qui enim intervenit ad defendendum, non potest allegare privilegium
 hui